

2.
ANEVRYSMATVM
CORDIS
DISQVISITIO ANATOMICO-MEDICA
OBSERVATIONE 1785 2.
QVADAM ILLVSTRATA.

Q V A M
IN REGIA FRIDERICIANA
P R O
SVMMIS IN ARTE SALVTARI HONORIBVS
RITE OBTINENDIS
D. XV OCTOBR. MDCCCLXXXV
PVBLICAE ERVDITORVM DISCEPTATIONI
OFFERT
IOANNES GOTTLIEB MICHAELIS
MAGDEBURGENSIS.

HALAE,
APUD IOH. CHRIST. HENDEL.



ANHARISIUM

CORBII

DICASIS AVANTO COMITIS HENRICI

DISCIPULI AVANTO COMITIS HENRICI

MAGNIS SPLENDIDISSIMO
AC PERILLVSTRI
CIVITATIS IMMEDIATEAE
SALZAE
DVCATVS MAGDEBURGICI
SENATV,

VIRIS
GENEROSISSIMIS, PERILLVSTRIBVS
CONSULTISSIMIS, PRUDENTISSIMIS

DOMINIS
CONSVLIBVS,
CAMERARIO,
SENATORIBVS,
ET
SYNDICO;

FAVTORIBVS AC PATRONIS
EA QVA PAR EST REVERENTIA
COLENDIS

FELICITATEM SEMPER TERNAM

CONSILIORVM PROSPEROS SVCESSVS

SPLENDOREM FAMILIARVM

PERPETVVM

EX IN FIMO CORDIS AFFECTV

AD PRECATVS

HASCE ACADEMICAS PRIMITIAS

SACRAS ESSE VULT

TANTORVM FAVTORVM GRATIAE

AC PATROCINIO

SE SVAS QVE RATIONES

SYNDICO:

LAUTORIUS AC PATRONIS

OBSERVANTISSIME COMMENDAT

A V T O R.



PROOEMIUM.

Si qua morborum diagnosis, seu intimior notitia magnis, iisque serenon vincendis premitur, impediturque difficultatibus, ea sane est in pectoris, cordisque praecipue morbis. Saepissime enim signa non tantum ambigua esse solent, verum etiam interdum plane deficiunt, vel adeo communia sunt aliis affectionibus, vel ipsi morbi ita diuersimode inter se complicantur, vt filo ariadnaeo opus sit his tricis se explicatuero. Ideoque vel peritissimi in arte viri non nisi post mortem morbi sedem ac veram originem cadaveris sectione detegurunt. Non igitur miraberis, veteribus Medicis hunc, vt reliqui cordis affectus ignotos, quin incredibiles fuisse *). MASSA primus a. 1534 **) cordis solito maioris mentionem fecit. Postea vero pari passu cum incrementis Anatomiae ambulauit horum morborum historia ac plenior notitia. Egregium sane documentum, quantum

*) Galenus de loc. aff. I. §. c. 2. omnēm cordis laesionem illico mortem afferre docet.

**) Introd. Anat. c. 28.

tum faciat ad diagnosis, caussarumque inquisitionem
frequentior cadauerum dissectio.

At propterea non licet medico, acumen mentis sibi vindicanti, in viuis de feliciori prorsus des�are perscrutationis successu; immo maiorem sedulitatem in conferenda plurium signorum, ac diuidicanda praesentia, absentia, ordine atque ratione, qua sibi inuicem respondent vel contradicunt, maiorem etiam acuminis, experientia fulti, quo quemlibet his facris operantein esse instructum oportet, vnam tales casus requirunt. Est enim subtilior prudenti Medico sensus, vera fanaque experientia natus, quo morbos interdum solo dignoscere potest.

Cum vero magni inque scientia salutari principes viri, ex quibus tantum *Morgagni*, *Senac*, *Meckel*, etc. honoris causa nomino, in illustrandis his morbis ac speciali ratione in stabilienda aneurysmatis cordis diagnosis allaborauerint, vana mea foret prae-functio, noua circa hancce rem et incognita proser-re cupientis. Atat neque temeritatis me arguet iste, qui probe perpenditer, in his rebus magnam adesle adhuc calliginem, et obseruata etiam minima magna interdum fundere lucem. Mihi certe licuit duplex per hanc aestatem huius aneurysmatis facere periculum; quae igitur obseruatione animaduerti, quaeque in hanc rem apud celebres auctores vidi, conscripti, comparaui, argumentum dissertationis inauguralis esse volui.

Quae



Quae intra corpus sunt non omnia possunt cognosci, ea tamen tentanda sunt quam maxime fieri potest, si non certissima scientia, artificiosa saltē conjectura comprehendenda. *Galen.* art. med. c. 74.

C A S V S.

Sutor XXXIV annor. robusti corporis habitus ab ill. *Golabagetto*. Praeceptore ac Patrono, omni, qua par est pietatis cultu colendo, curae meae traditus, se integerima semper sanitate grauium esse narravit, et non nisi ante VII annos, incendio extinguendo Brunswigae collaborantem aqua ex syphone cum impetu pectus suum feriente, statim in leuem incidisse dyspnœam, cui sub initio anni currentis sensim ingrauescenti, dolorem accessisse circa praecordia oppressorum, quovis motu exacerbatum; decubitus antea in dextrum, morbo progrediente in vitrumque

A

latus

latus difficilior; tussicula primo sicca, dein humida, puvelenta, ichorosa; sub fine veris anxietates praecordiorum, angustia et dolor iste in regione cordis cum naufea et vomituritione maxime intreverunt. Vires prostratae sunt, nulla tamen febricula obseruata fuit. Pulsus erat parvus, plerumque in utroque carpo aequalis, rarissime intermittens; palpitatio nulla; oculorum nitor deperditus; facies, pedes, manus, totum denique corpus intumere, pallore plumbeo infecta. In hoc ultimo stadio anxietas fumma, sudores frigidí, iactatio membrorum. Mox sedere in lecto, mox in dorsum decumbere, in nullo situ leuamen; non raro e lecto gemebundus surgere, simulac vero erectus sedebat, vel minimum quidem assuebat, dolor statim pressiorius in cardia, et naufea increcere. Plurimum leuaniis corpore antrorum inclinato, pedibus extra lectum pendulis sentiebat. Quibus symptomatis indefesso fere miserum cruciantibus, nullo sonno reficiente, tandem cum surrexisset, sellamque familiarem petiisset, subito magno sub clamore obiit.

Post mortem in abdominis cauo multum serum sanguinolentum, intestinorum vasa omnia sanguine turgidissima, ceteroquin vero eius viscera cuncta secundum naturam constituta, nullam obstructionem, neque in glandulis meseraicis neque in hepate, sectio mihi detexit. In vesicula fellea calculum crystallinum drachm. $1\frac{1}{2}$ inueni. Cum vero pectus aperirem, statim cor, totain fere sinistram eius cauitatem adimplens, sanguine grumoso, tam in cauis, quam vasis coronariis distensum, apparuit. Quamvis dexter ventri.

triculus praecipue dilatatus erat, sinister tamen non minus naturalem amplitudinem excedebat. In illo cum substantiae decremento; ita tamen ut ratio, inter auctam cauorum amplitudinem ac parietum crassitatem fibi minime constaret. Sanguine expresso cor bilance exceptum, tres, et quod excurrit, libras aequabat. Vasorum cordis maiorum lumen nec naturalem diametrum superabat, nec in valualis vllum viuum detegebatur, quod tantam cordis dilatationem cauifare potuiffet. Pericardium, naturali liquoris proprii quantitate impletum, diaphragmati firmiter adhaerebat. Pulmone vero dextrum pleurae costali vnde tam arcte connexum inueni, vt non sine dilaceratione divelli posset. In lobulo inferiore eiusdem pulmonis tres quatuorve vomicae ichorosae, et tubercula cruda suppurantia reperiebantur. Dextrum thoracis latus totum fere aqua impletum erat.

Si quidem cana cordis dilatata fuit, at parietum eius crassities eadem vel maiori proportione aequaliter increuerit, farcomatis magis quam aneurysmatis nomen mereri videtur; verum tamen cum saepius, vt infra probabitur, haec aucta crassities dilatationis sequela sit, vt plurimum hunc morbum omni iure aneurysma dici posse, facile concedes, fin vocem ab *ανεύρυσμα* (dilatio) deriuaueris; quamuis hodie latius pateat aneurysmatis vox. Praecipue quidem altera quam el. *Matani*⁴⁾ habet species dilatationis cordis ab infarctu vasorum coronariorum orta, aneurysmatis nomen meretur; simplex tamen cauorum cordis ampliatio nata saepe deprehensa fuit vt iure aneurysma appellari posset, cum practerea causae illis, quae aneurysma arteriosum

A 2

in.

4) De aneurysmatic. praecord. morb.

inducere valent, proxime accedant. Neque *Lieutodii*^{b)} obieccio, quod crustaceae lamellae, quae in superficie interna aneurysmatis arteriosi semper apponuntur, hic prorsus deficiant, hanc denominationem tam absurdam reddit ut illa auctor contendit; nam crustae istae sunt potius effectus fecundarii, quam individui aneurysmatici comites, qui quidem in tumore arteriae aneurysmatico ob stagnationem facilius nascuntur, quam in corde, ubi tamen frequenter sat sub excrecentiarum lapidearum forma, vel incrustationum valvarum occurunt.

2.

Dilatatio cordis consistit in maiori cauorum amplitudine, vel cordis ipsius, vel vasorum coronariorum; adeoque viscum solidae c. h. parti iohaerens, quod impedit actiones primum vel per se; hinc morbus in sensu strictiori *Galenii* c). Si naturam huius morbi inquiras, optime a cl. *Daniele* sub *Dystrophia* eundem enumeratum inuenies d). Si inde a naturitate incoepit, quiuis viciatam cordis nutritionem vel austam, vel immunitam, vel alio modo aberrantem facile accusabit; sin vero per solam causam externam vel internam mechanicam producta fuerit dilatatio, difficilius haec eius natura apparebit. Verumtamen in iis etiam casibus naturam morbi in eo positam esse credo, quod vires cordis appulsui sanguinis haud iusto resistant, vt naturalis seruit tam crastitie, quam magnitudinis proportio.

3.

DIFFERENTIAE ACCIDENTALES.

I. Ad *Lancisi* e) observationes in tota familia a proavo ad avum, ab auo ad parentem, ab hoc ad filium propagantur.

b) Synopsis medicinae vniuersitatis.

c) C. F. Daniel, Syst. aegrit. P. I. p. 3. 4.

d) I. c. P. I. p. 255.

e) De aneurysmat. C. V. prop. 47.

odii b)
internal
us defi-
vti ill-
dus se-
dem in-
us na-
ub ex-
valau-
plitur
eoque
tiones
eni c),
le sub
a natu-
m vel
facile
inter-
hacc
asibus
cordis
terue-
rum ad
paga-
tum

tum esse cordis aneurysma, morbus quandoque hæcredi-
tarius est:

2. *Congenitus*; dispositio ad aneurysmata in utero materno foetus corpori interdum iam imprimitur: Parentes si nimis feruide sub ipso grauiditatis tempore in palestra de- certant aphrodisiaca, vel venerea lues, aliis morbi nutritionem foetus laedentes fibris debilitatem, laxitatemque inferant ^{f).} Topicam quoque cordis teneritudinem, infirmamque fibrarum texturam, enormitatis semen, connatam in pluribus vidit *Lancifus* ^{g).}
3. *Acquisitus* plerunque, et in quavis aetate; sexu tamen foeminino ob plurium caussarum in partu, lactatione concursum, itemque ob teneritudinem naturalem et praeternaturalem familiariori; vitae generi praecipue sedentario si cum incurvazione thoracis coniunctum est, sicut tutoribus teste *Morgagno* ^{h).} Constitutionem aeris frigidam humores condensantem in praedispositis eidem fauere contendit *Matani* ^{i).} praecipue si abeat in humidam. In hyeme ventoso frigido sicco an. 1691. polyposae concretiones circa cor frequenter deprehensae sunt ^{k)} et *Rhamazzinus* ^{l)} ingenti frigore praecordia suffici posse animaduertit.
4. *Periodicus*; morbus quidem nunquam si maturior sit, ad tempus rursus enanescere potest, effectus tamen eius saepius mitescunt vel prorsus silere videntur. *Morgagnus* ^{m)} narrat exemplum, vbi dyspnoea cum magna pulsatione et

fuf-

- ^{f)} *Matani* L.c. §. 31.
^{g)} De motu cord. et aneurysm. lib. I. cap. 2. prop. 33. Lugd. Bat. 1740.
^{h)} De sed. et causs. morb. T.I. epist. 18. art. 4.
ⁱ⁾ L. c. §. 42.
^{k)} Act. erudit. Lipsiens. an. 1692. p. 220.
^{l)} Constit. algid. ai. 1709. Patau. 1709.
^{m)} *Senac*. Traité du cœur T. II. p. 397.

suffocationis metu singulis mensibus in modum paroxysmi inualescebat. — Caussa erat cor maximum.

5. *Primarius*, si a caussa sua peculiari v.g. a debilitate totius corporis pendet.

6. *Secundarius* (deuteropathicus): morbis aentis sicut inflammationibus pleurae vel pulmonis accedit, quibus si cum humida tussi adorinatur, funesto plerunque cum exitu enorimitas cordis adiungiturⁿ⁾. Inevitabilis vero letalitatis signum est in inflammationibus illis quae cito et valide utrumque pulmonem occupant^{v)}. Pleurefiae putridae^{s)}; petrif^{t)} atque febribus quandoque supererupti, pro *Fantoni* et *Heurnii* obseruatis. Palpitationis vehementioris in febribus occurrentis haec ipsa saepe caussa est. Neque minus morbis chronicis originem debet, asthmatis^{u)}, hydrothoraci^{v)}, palpitationi hypochondriae, scorbuto, phthisi^{w)}

Hanc raro difficillime quidem distingui potest, an hi morbi sint comitati, quorum causae in nullo nexus sunt, quin potius vitium cordis primario istos morbos produixerit. Fallunt saepe obseruationes in caussa determinanda; id tamen certum est, dictos pulmonum affectus semper sanguinem accumulare circa cor, ideoque in praedictis eius dilatationi quam maxime fauere.

ⁿ⁾ *Auenbrugger* de sign. abstrus. pest. morib. deteg. p. 94.

^{o)} *Auenbrugger* l. c. p. 93.

^{p)} *Eph. Nat. Cur. Decur.* II. ann. IX. Obs. 91.

^{q)} *Quesney* de febre T II. p. 448.

^{r)} *Medical Essays by a Society of Edinb.* Vol. II. p. 323. *Laws* apud *Senac* l. c. 398.

^{s)} *Eph. Nat. Cur. Decur.* III. ann. V. VI. Obs. 8.

^{t)} *Senac.* l. c. 412.

7. Ratione indolis est morbus *magnus*, quamvis interdum leuis videatur^{u)}, semper tamen insidiosus. In homine scilicet de quo narrat *Cerberius* leuis tantummodo dyspnoea mortem praecedebat inopinatam; sic etiam *Olaus Borrichius*^{v)} infantem commemorat, quae post idem in pectus pallefecit, et de dolore in ventre queritur. Reptente mortua auriculam habuit dextram bis naturali maiorem.
8. *Passus* raro *actius*, vt in casu quem *Guattani*^{w)} narrat videtur: aortae valvulae semilunares ossae ita a se inuicem distabant, vt transitu sanguinis ad vitam necessario patere. Natura interdum, ait *landatus Guattani*, nouas vias indunit, per quas vitia cordis interna ita componantur, vt nullum imposterum incrementum suscipiant, aegrumque sioant fatis diuturnam, satisque inculpatam traducere vitam.
9. Rarissime *sanabilis*, ad tempus tamen palliativa curatione.

10. *Letalis.*

EPIGENEMATA. PALPITATIO.

Accedam igitur ad inquisitionem eorum, quae vt autores obseruasse sibi videntur, enormitatem cordis concomitari solent, epigenematum: ita vt primu[m], tum caustas tum effectus historice et dogmatice euoluam, hinc diagnosin, prognosin, curandique methodum subiectam, postremo autem meae circa hunc casum obseruationis curationem rationem reddam,

Palpitatio cordis hic iure primum locum occupat, quae in omnibus fere, quas *Valsalua*, *Morgagni*, *Senac*, *Lieu-*

^{u)} *Guattani* de aneurysm. int. animadu. ad hist. 94.

^{v)} *Senac*. l. c. p. 415.

^{w)} eod. l. c.

Lientaud, aliquique narrant, enormitatis cordis historiis, praefato erat: haec vel semper ac sine vila remissione ad ultimum vitae terminum aegros cruciat^{a)}, vel passim mitigatur, cessat, et ocyus, ferius recurrit^{b)}. Omni, saepe minimo motu, praecipue vero sub ascensi per acclivia augetur. Saepe vero adeo increvit, ut ab asstantibus auditu, quin visu percipi poscit; quid quod costae non solum infirme, cariosae, sed etiam adulorum, firmissimae licet, inde luxentur^{c)}, quin frangantur, ex obseruatione *Augusti Victoriae*^{d)} nec non *Fernelli*^{e)}. Plerunque sine vila vel minimis causa redit, cessat, interdum tamen post pastum vel alia evidenter caussa admissa, recrudefecit. Ferocissima ut plurimum, gravioribusque stipata est Symptomatibus concomitantibus. Si prolapsus cordis versus coniunctus est cum corde magno, palpitatio saepe in hypochondrio magis sinistro vel epigastrio, quam sueto cordis loco sentitur^{f)}. Haud raro mitior aegrum afficit, vel etiam plane deficit^{g)}. Sic ill. *de Haen*^{g)} historiam cordis ingentis cum aorta mire dilatata, partim ossa narrat, vbi excepta spirandi difficitate nec palpitatio villa, nec dolor cordis, nec pulsus intermittens aderat. Sic in *Fantoni*^{f)} obseruatione palpitatio, ita ut omnia alia signa defuerint. Et cum polypi

^{a)} *Smerius miscell.* lib. x. p. 523. *Lancisus de subit. mort.* p. 127. 128.

^{b)} *Lientaud sepulchr.* P. II. Obs. 434. *Willis ap. Senac* l. c. p. 404.

^{c)} *Bonneti sepulchr.* L. II. addit. ad sect. 8. obs. 3.

^{d)} *Conulsi*. 97. p. 415.

^{e)} *Pathologia lib. V. c. 12.* IV. app. 1919. secundum ap. *Scrober*.

^{f)} *Morgagni* l. c. Ep. XVII. n. 28.

^{g)} *Scrober ann. med. I* p. 118.

^{h)} *rat. med. p. VI.*

ⁱ⁾ *respons. et curat.* p. 59.

ipſi in caſſa erant g), neque *Ioerdens* neque el. *Home* paſſitationem vel viuum aliud ſignum obſeruarunt.

Pulsus diuertiſſimi obſeruantur, in plerisque inaequa-
les h), tremuli i), inordinati abſque viuo rythmo de-
currentes k), debiles, inſenſibiles l), praecipue ſi cor dext-
rum dilatatum ſit, ſinistrum vero naturale volumen non
egreditur m); obliterati, nullu n), per integrum ante mor-
tem diem o), quin circa ultimos mēſes, teſte *Morgagni*,
integra ſuit pullus ſuppreſſio; nunc vacillantes vel deficien-
tes, nunc iterum validiflame agitatip). In aneurymate
cauorum cordis dextri *Burggrauius* ſaepius aequalem, non
niſi parum, a ſecto numero et rythmo non decurrentem
obſeruauit. *Valſalua* q) cor magnum, auriculam vero dext-
ram dimidiā eius partem aequantem inuenit, cum pul-
ſu vehementi, duro, non niſi die ante mortem inaequali.
Neque minus tamen in ſinistra cordis aneurymatibus inter-

g) *Ioerdens* path. therapeut. de polyp. cord. §. 4. Acta Nat. Cur. Vol. IV. Cl. *Home* Medical facts and. exper.

h) *Lieutaud* l. c. P. II. Obs. 405 et 407. *Sierck* l. c. p. 119.

i) *Haen* l. c. p. IV. c. II. §. 3.

k) *Burggrauius* act. phyl. med. Vol. X. Obs. 39.

l) *Lieutaud* l. c. Obs. 577.

m) *Morgagni* l. c. ep. XVIII. art. 13. ex *Valſalua*. *Bonner* l. c. lib. II. in add. ad ſect. 8. Obs. 3.

n) *Lieutaud* l. c. p. II. obs. 565. *VXXX* ill. 5 d' invenit.

o) id. p. II. obs. 499.

p) *Verbrugge* de aneurysm, in *Launc collect. script. de aneurysm* p. 429.

q) in *Morgagni* l. c. ep. XVIII. art. 6.

dum pulsus fortis vehemens et aequalis^{r)} obsernatur. Si obstaculum quoddam circa cor exitum sanguinis in arterias impedit per se patet, quomodo nascatur pulsus parvus, irregularis. Interea temen pulsum etiam interceptum obseruabant a sola cordis mole insolita, cum neque valvulae aortae ostium eius clauderent, neque villus alius sanguini poneatur obex^{s)}. *Morgagni^{t)}* e contra cor praegrande cum polypo in corde dextro et pulsus nihilominus naturalem vident.

6.

Dyspnoea ingens quoquinque motu ad suffocationis metum summa cum praeccordiorum auxitate aucta, cui saepe sensus ac si deficeret aeger, quin verae lipothymiae accedunt. Initio mitior et occasione quadam leuior vel modo grauiori data, vel absque vila sensibili caussa praeципue noctu^{u)} ingrauescit. Interdum deebitus supinus, autem vel vrinde diectione, clysmatis applicatio, cibi potusque sumtio in suffocationis periculum coniiciunt aegrum, ita ut a cibis prorsus abstinere cogatur *v)*. Morbo magis matutinente repente increscit, et denum in respirationem stertorosam, et asthma convulsuum abit, cuius paroxysmi semper cerebriores et vehementer res recurrent. *w)* Non raro in ultimo vitae termino continuo aegrum cruciat. *Detharding^{x)}* vero exemplum hominis narrat, ceteroquin robusti, satis alacri sanitate gauisi, vulnera occisi, cuius

r) *Morgagni* l. c. ep. XVIII. art. 5. *Senac* l. c. p. 328. 417.
s) *Couper* in phil. transact. n. 225. Tab. 40. f. 4. 6.

t) l. c. art 8. 10.

u) *Guarani* l. c. hist. XXV.

v) *Morgagni* l. c. ep. XVII. art. 25.

w) *Eph. Nat. Cur. Ceutur. X. Obl.* 84.

x) *Eph. Nat. Cur. Dec. III. in append. ad ann. 5. 6. ad Obl.* 70.
p. 149.

¶ 1

cuius eor^{um} enorme, pulmonibus collapsis, nullis evidentiis
ribus symptomatis praegressis, compiciebatur. Neque
minus de *Marchettis* 9.) duas dilatationis insignioris auri-
culae dextrae narrat observationes, vbi neque vnum re-
spirationis vitium, nequum alia hoc peculiariter spectantia
comparabant.

7.

Si manu pectori admota cordis¹ pulsus obseratur,
magna massa ad costas et sternum allidere, maiusque eorum
dem spatium concutere sensu percipitur. Ex eodem signo
cum aliis quidem minoris momenti coniuncto, in alio futore ad
enormitatem cordis concludere ausus sum. Atat hoc etiam
aliquando deficit: interdum obscurae cordis pulsationes, vel
sab certo tantum corporis situ sentiuntur z).

8.

Sensus ponderis a) interdum *pulsatilis* b) atque *dolo-*
ris in regione cordis, praecipue sub situ erecto. Ideoque
leuamen querunt miferi in situ horizontali; siepe tamen
omnis decubitus impossibilis; in quovis momento situm
mutant, stragula abiciunt, ac diuturna iactatione malum
agent. Morbo nondum maturo in utrumque siepe latus
decumbere possunt, plerumque tamen in sinistrum aegrius c).
Si vero hydrothorax sinistri lateris accedit, difficilior est
decubitus in latus dextrum d). Plurimi in situ ad anterio-

ra

y) Cent. VII. append. n. IV. et Cent. IV. obs. 120.

z) Senac. l. c. p. 327.

a) *Marchettis* anatom. G. X.

b) *Lancisi*. de mort. subit. lib. II. Obs. 2. p. 253.

c) *Valsalua* in *Morgagni*. l. c. ep. XVII. art. 6.

d) ib. cod.

ra incurvato, corpus tenere coacti sunt e); quod mihi etiam in utroque, cuius mentionem feci, subiecto obseruare datum fuit. Sic senex, quem commemorat Andr. Beggii f) inter alia enormitatis cordis signa, dyspnoea ingente, certicem erigere mox genua versus flectere cogebatur; et lecto surgere alias et in sella pronus sedere. Vt reliqua signa ita hoc interdum defuit. Nic. Fantomus g) cor magnum cum auricula maxima, nullo cordis dolore praesente, obseruavit.

9.

Omnium his coniungo laudatam istam a cel. Auenbruggero thoracis percussionem, quamvis mihi non satis experto, et in speciali hoc casu ob complicationem cum hydrothorace non eadem, vti ingenue fateor praefixerit, quae vir illustris de ea predicit. Si digitorum apicibus in re-
ctum protensis, pectoris pars anterior, humeris simul re-
tractis, capite erecto, pulsatur, sonus inde, in parte sterni superiori clarior, versus apicem vero, in regione cordis obscurior, ac si carnem percussisse resultat. Sic etiam parti thoracis, in sinistro latere a clavicula usque ad quartam costam veram, in dextro ad sextam usque, altiore sonum elicet percussio; in posteriori vero, utriusque lateris parte a scapulis ad secundam et tertiam costam spuriam h). At si cor ob molem maiorem ultra sedis sua fines a natura ipsi concessos excedit, sonus inde e maiori circumferentia sterni, et sinistri thoracis lateris euocandus obtundetur, vel plane suffocabitur i). In torosum tamen, vel ubi tela cellu-
lofa, multa piaguedine vel aqua turget, hoc signum difficultas est applicatu; et praeterea in hydrope pericardii pa-
riter obtinet.

e) Senac. l. c. p. 400.

f) Guastani l. c. hist. XXV.

g) respons. et iur. p. 59.

h) Auenbrugger l. c. §. 3. p. 14.

i) d. l. c. §. 48.

IO.

10. observationes som

Nausea, vomitus, cardialgia, opepsia, dyspepsia, bradypepsia^{k)}: quovis assumto augentur, et tam pertinacia sunt, vt nulli medicamento cedant. Haud raro tamen appetitus non modo non imminuitur, sed augetur. *Heurnius*^{l)} de iuene 28 annor. cordis aneurysmatici symptomatibus laborante narrat, cibi quidem potusque eundem soisse audiendum, omne vero comedunt reuomuisse. Quae omnia symptomata in prolapsu cordis supra dyaphragma maxime ingrauescent^{m)}.

11.

Si omnia quae hoc usque enarrauimus symptomata incertam diagnosis aneurysmatis cordis nobis praebere queant; per se patet, plerumque profundius adhuc latere nobis, qualis cordis pars dilatata sit? Quamuis enim *Lancifus*ⁿ⁾ pulsationem venarum jugularium pro signo pathognomonicum aneurysmatis auriculae dextrae praedicaverit, *Senac*^{o)} tamen hanc dilatationem sine villa pulsatione venae jugularis obseruauit. Praeterea omne id quod circumatum sanguinis per cor dextrum impedit, siue si obstaculum in auricula dextra, siue in ventriculo angustia praeternaturalis^{p)}, vel valuulis arteriae pulmonalis^{q)}, vel polypo in arteria pul-

k) Eph. Nat. Cür. Dec. I. ann. IV. Obs. 31. de *Pozzi* de dolore ventriculi a causa inaudita. *Bonnes* l. c. T. II. p. 80. Obs. 45. *Sauvages* nosol. meth. spec. XII.

l) Obs. 28.

m) *Morgagni*. l. c. ep. XXVII. n. 28.

n) de aneurysm. prop. 57. 60.

o) l. c. p. 417.

p) Mem. de l' acad. roy. de sc. Avant 1699. T. II. p. 238.

q) *Vieußant* Traité des maladies intern.

monali^r), vel aneurysmate arteriae pulmonalis^s), vel scirro impeditis pulmonibus^t), vel ab ipso impedimento in aortae exitu, eiusque valvulis crassioribus aut osseis^u), hanc pulsationem efficere potest. — *Morand^v* et *Pasta^w* assiduam satis venae jugularis pulsationem sine aneurysmate obsernarunt. Non igitur necessario verum est hoc signum; in plerisque tamen casibus ad *Lancisi*, *Albertini^x*, *Valsalua^y*, *Morgagni*, *Dionysii^z*, *Michelotti^a*, *Fantoni^b*, *Senac^c* obseruationes obuium. Ne vero cum carotidis pulsis confundatur, attendendum est ad mollitatem parietum, et an appresso digito pars vasis inferior detumescat, superior intumescat? Saepius etiam alia caussa in chloroticis et hystereticis subest, spasmus puta, qui vel in venae canae exitu, vel corde dextro introitum sanguinis impeditur. Palpitatio musculi sternomastoidei etiam pulsationem venae jugularis simulat^d), Turgescensia denique venae jugularis sub exspiratione, detumescensia sub inspiratione facile eo distingui potest a pulsu eiusdem praeternaturali, quoniam ea respirationi respondet. Si vero omnibus medicamentis resistit, perenais, non solum

r) Homberg in Mem. de l' acad. des sc., 1704. p. 158.

s) Haen I. c. T. VI.

t) Loeske obs. anat. chir. p. 35.

u) Haller El. Physiol. T. II. lib. IV. p. 271. ed. in 8^o.

v) Mem. de l' acad. année 1732.

w) Epist. de cord. polypo. n. 9. 10.

x) Comm. Bonon. T. I. in opuscl.

y) Morgagni. I. c. ep. XVII. art. 6. 8. 10.

z) Anat. de l'homme.

a) Comm. Bonon. T. I.

b) Obs. XXII.

c) I. e. T. II. p. 417.

d) Senac. p. 509.

in motu per accidia, sed etiam in quiete, cum aliis enormitatis cordis signis coniuncta observatur, verisimilius dilatatiois cordis dextri signum est; his adde sensum palpitationis in dextro magis latere. Si ventriculus dexter dilatatus est, tunc pulsus venae jugularis eodem tempore contingit, quo pulsus arteriae; si auricula, contra. Notum enim est, arterias tum pulsare, non quam auriculae, sed cum ventriculi contrahantur.

Absentia huius signi, aliis enormitatis cordis symptomatis praesentibus, aneurysma sinistri cordis indicat, quocum Senac ^{e)} pulsum magnum et vehementem saepius coniunctum se obseruisse narrat, quamvis *Lancisius* et plures, hunc ipsum saepius in dextri cordis aneurysmate ^{f)} videntur dicant. Praeterea in auricularum dilatationibus pulsus non tantopere turbatur, et manu pectori admota non tanta massa costas allidere videtur ^{g)}.

Auriculae vero sinistrae dilatatio rarer et nullis propriis symptomatis stipata est ^{h)}. Eam cum cordis palpitatione celeri debilique pulsu animaduerit *Pasta* ⁱ⁾.

CAVSSAE.

Cauſarum quidem agmen constitui posset; sed tamen obſeruatores tanta negligētia ſaepius in cauſarum ſcrutinio versati ſunt, vt diſcillima haud raro reſ ſit, in ſpeciali cauſa diſtinguere, quid ſit cauſa vel effectus morbi vel morbus coniunitus?

Sae-

e) I. c. p. 328.

f) Sauvages P. I. p. 561.

g) Senac. p. 417.

h) Schrey Act. N. I. T. II. Obs. 34.

i) Morgagni Epift. 18. Art. 34.

Saepius est haereditaria labes, ut supra iam annotatum, vel in prima infancia itamina iam tenello corpori inducuntur, per vietum crudum, lac caseosum, tusses conuulsias etc. ^{k)} *Fraundorffer* ^{l)} e.g. in infante nouimeti auriculam dextram latissimam reperit. Parimodo racchitide totum systema vasorum debilitante corpus ad hunc morbum recipiendum praedisponitur.

13.

Animi pathemata diuturniora frequentissime generare hanc dilatationem cordis ex omnibus obiectuatis constat. e.g. Zelotypia ^{m)}, Ecstasis ⁿ⁾, Terror ^{o)}. *Blancard et Mangé* etiam plura exempla narrant quod v. g. post naufragii tremobilis vir statim enormitatis cordis incommoda fenerit. Ex ira et tristitia plures habet *Senac* ^{p)} aneurysmatis cordis historias. Eo minus mirandum est, quod ex magno in supprimenda vel dissimulanda indignatione conatur aneurysma auriculæ dextræ apud *Dionysum* non fecus acciderit, quam cordis et aortæ dilatatio ex eadem causa apud *Hureum* ^{q)}.

Passio hypochondriaca in multis causa fuisse videatur ^{r)}. Tertis locupletissimum mihi est *Lancisius* ^{s)} corporibus hypochondriacis ac hysterics ut plurimum accidere cordis aneurysmata.

14.

^{k)} *Matani* l. c. §. 20.

^{l)} *Ephem.* N. C. Dec. III. a. §. 6. obl. 134. b. iv.

^{m)} *Lancif.* prop. 54.

ⁿ⁾ *Cesalpin.* *Catoptri* lib. 17. c. XX.

^{o)} *Bonnet* sepulchr. lib. II. in Additam. ad lect. 8. obl. 3.

^{p)} l. c. T. II. p. 401. 402.

^{q)} de circ. sangu. Exe. Anat. 3.

^{r)} Hist. de l' Acad. des sc. a. 1735. p. 28. 29.

^{s)} Propof. Lib. I.

Ex laxiori fibrarum cordis structura cum humoribus impuris dilatatio auriculae dextrae ortum traxisse videtur, quam Morgagni ^{t)}, recenset. Huc etiam pertinet dyscrasiaz scorbutica et syphilitica: Morgagni ^{u)}, in syphilitico cor sini- strum magnum arterias coronarias et aortam dilatatas, intus pustulis copiosissimis obsitas, tunicam externam teneram, laxam, facilmente a reliquis membranis detrahendam reperit. Nec minus Matani ^{v)}, inter frequentissimas eandem ponit aneurysmatis caussas, conf. *Lancifus* ^{w)} et *Eugalen* ^{x)}. Ideoque in summo gradu scorbuti situs horizontalis semper feruandus, quoniam in situ erecto maior sanguinis resisten- tia corde opponitur superanda. *Lieutaud* ^{y)} ex cl. *Senac* narrat virum quinquagenarium in otio languescentem in- cidiisse in cachexiam scorbuticam, dein in hydropem, acciden- tate pulsu inaequali intermitte; cor erat ingens, co- lumbinae carneae et ipsaem et valvulae septumque semiputri- dae, tenerae, leuique tactu disrumpendae.

In febris putridis malignis cordis vires adeo faepius prostratae fibraeque laxatae sunt, ut ex supra dicta causa periculoso sit, aegrum erecto situ subiucere ^{z)}.

Fi-

^{t)} I. c. Epist. XVII. art. 10. II.

^{u)} Epist. XXVII. a. 28. in monachis hominibus in summa

^{v)} I. c. §. 20.

^{w)} I. c. propos. 51.

^{x)} de scorbuto pag. 226.

^{y)} In sepulchr. lib. II. obseru. 407.

^{z)} Hoffm. opera omnia Tom. VI. pag. 169. de situ erecto in morbis periculis yalde noxio.

Fibrarum praeter naturalem debilitatem inferri pariter possit per violentias externas non solum nostra, sed etiam *Borri* *hii*^{a)} docet historia aneurysmatis ventriculi sinistri post contusioneum pectoris a lapiu factam.

Nec minus erosiones superficie externae cordis e quaunque humorum acrimonia, vti exanthematis repulsi etc. ansam praebere possunt dilatationi, vti *Ducis Brunwicensis* coniux, a cordis dextro ventriculo exulcerato erofo, dilatato, disrupto, mortua docet^{c)}, et præterea plura, quae in musaco ill. *Mekelii* nostri, præceptoris auctoris mei ad virginem pie colendi, videre licuit corda ex erosione et exulceratione ampliata, in quibus nulla alia cauña detegi potuit. Miror igitur, quo fundamento *Lancifius*^{d)} contendere potuerit, cor exterius erofum numquam aneurysmaticum obseruatum fuisse.

Vasorum coronariorum turgescencia, si molis propellendae resistentia vim cordis exsuperat, vt in statu plethorae, inflammatoria sanguinis constitutione, vel celeritate sanguinis aucta; tunc integra cordis inanitio obtineri nequit, cruental congeries in vasis coronariis sensim appetet, industoque in iis idiopathicò aneurysmate, illico cardiacum consequetur. *Matani*^{e)}.

Omne id quod sanguinem mouet, et simul coacervat in pulmonibus, vti violenti motus, potissimum conten-

a) *Senac. I. c. Tom. II. pag. 215.*

b) *Morgagni ep. XXVII. n. 9.*

c) *Histor. Morbor. Vratislauiens. a. 1703. p. 238. Hist. de l'Acad. desc. a. 1732.*

d) *Prop. XLIX.*

e) *De cardiacis praecordior. morbis IX.*

pari-
etiam
inistri-
quatu-
ciosi-
qua-
epul-
ducis-
erato-
terea-
is ac-
a ex-
ausfa-
inci-
um-
ob-
pel-
rae,
inis-
en-
que-
ur.
er-
entio-
de

bio instrumentorum respirationi interficiunt; tibicines
igitur concionatores f), curlores praecipue huic morborum
generi sunt expositi); in primis si bibaces fuerint, ut
vino abuantur, ex obfervatione *Heurnii*.

Post haustum frigidae corpore exaestuato sumtae in in-
stante decem annorum ex eadem causa omnia enormitatis cor-
dis signa comparsant, dein post plures annos in phthisin
incidit et mortuus cor monstruosum habuit; teste *Grefelio*).

Balnea frigida improuide adiunctorata *Rich Pulteney* in
Philosophicis tractationibus narrat easim, vbi homo qui in
pueritia rachitide laborauerat, postea rheumatismo vexatus,
balneo frigido utitur. Statim post balneum in sympto-
mata cordis aneurysmatici incidit; post mortem cor enor-
me laxum flaccidum deprehenditur.

A vaporibus mephitis e. g. musti *Lieutaud* in sepul-
chreto ex *Aduerfaris* ipsius excerptum Exemplum iuuenis
robustissimi, sanissimi subito a vapore musti enecati; cor
habuit sanguine obrutum et ultra modum distentum,

18.

Omnia mechanica denique obstacula sanguinis exitum
e corde impidentia.

Particula ossa in aure dextra; hinc mira eiusdem
dilatati l) concretiones in ventriculo dextro exitum sanguini-
bus in arteriam pulmonalem praepedientes cum corde dextro
et vena cava magnis m).

B 2

f) *Michelotti Comment. Bonon. T.I.*g) *Lancif. de aneur. prop 55. de morte sublitanea. I. II. obs. 2.*
Senac l. c. T. II. p. 400.

h) E. N. C. Dec. I. ann. I. obs. 70.

i) V. LII. P. I. p. 344.

k) P. II. obseru. 4.

l) Mem. de l'Ac. des scavant. 1699.

m) Senac. l. c. P. II. p. 417.

Valuulae sigmoidae arteriae pulmonalis cartilagineae, coarctatae cum aneurysmate auriculae dextrae ⁿ⁾). Duo calculi, pisi magnitudinem aequantes, in septo cordis; hic aneurysma eius ^{o)}.

Valuulae mitrales in ostio auriculae sinistrale offae cum dilatatione auriculae et ventriculi sinistri ^{p)}.

Eadem transuersim sitae, crassissimae, durissimae, recto angustissimo spatio transitorio cum auriculae utriusque stupenda dilatatione ^{q)}. Ex eadem causa ventriculus dexter, arteria et vena pulmonalis amplissima ^{r)}.

Ventriculus sinistralis offus cum corde sinistro aneurysmatico ^{s)}.

Venae pulmonicae cartilagineae; cor monstrosum, arteria pulmonalis distensa ^{t)}.

Valuulae aortae offae cum venae canae, auriculae, et ventriculi dextre dilatatione ^{u)}. Item cum ventriculi senistri dilatatione ^{v)}; vel auriculae sinistrale ^{w)}; vel finus venarum pulmonalium ^{x)}; vel cordis totius ^{y)}.

Aorta

ⁿ⁾ Morgagni Epist. XVII. art. 12.

^{o)} Heurnius obseru. XXVIII.

^{p)} Senac. l. c pag. 413.

^{q)} Lieutaud l. c. Lib II. pag. 49. Hist. de l'Ac. a. 1711. p. 14.

^{r)} Vieuſſens Traité du cœur chapt. 16. Tom. 13. Huanald Mem. de l'Ac. roy. des Sc. 1734. p. 19.

^{s)} Senac. l. c. Tom II. p. 413.

^{t)} Blancard in Lieutaud l. c. p. 2.

^{u)} Lancisius l. c propos. 53.

^{v)} Guarini de aneurysm. int. Hist. 24.

^{w)} Horſtius in Lieutaud l. c.

^{x)} Duglaſſ Philos. transact. V. II. n. 345.

^{y)} Blancard in Lieutaud l. c.

Aorta ipsa cum valvulis dura, intus scabra cum corde maximo, vena palmoni sinistra rupta^{z)}.

Ex valvulis aortae ad parietes adnatiss adeoque refluxum sanguinis haud impedientibus, cor amplissimum et mors subita^{a)}.

*Ostiis ventriculi sinistri ossis in aortam et au-
rieculam sanguinem retrogradum admittentibus, cor sinistrum
ampulum^{b)}.*

*Tria corpuscula membranulis testa inuicem unita in
aorta supra valvulas semilunares^{c)}. Arteria aorta materia cal-
carea plena, hinc ventriculus sinistralis duplo maior^{d)}. Os
in principio aortae cum ventriculo et aure dextra vastif-
fimis^{e)}.*

Ventriculus dexter crepuit, cum aorta callosa esset^{f)}.

*Aortae ossificatae numerosa exempla inuenies in
Hist. de l'Ac. des Sc. Fischeri Tractatu de senio^{g)} in
disp. de palpitatione cordis autore Beck^{h)}. Tumor un-
ciam aequans intra aortam et arteriam pulmonalem vasa
haec comprimens causa enormitatis cordisⁱ⁾. Glandulae
cordi*

^{z)} *Lancisius* l. c. p. 99.

^{a)} *Schaarschmid* Berl. Nachrichten 1740. n. 6. Hist. de l'Ac. des
sc. 1713. n. 3. *Couper* Phil. trans. n. 285. tab. 40.

^{b)} *Senac*. T. II. p. 413.

^{c)} *Manger* eodem l. c.

^{d)} *Phil. Transact.* n. 337.

^{e)} *Bartholin* Hist. 56. cent. I.

^{f)} *Breslauer Samml.* a. 1723. m. mai. p. 560.

^{g)} p. 46.

^{h)} *Recusa in collect. praet.* Hall, T. II.

ⁱ⁾ *Lieutaud* l. c. p. II.

cordi finitima induratae obsessae mutantur! nisum ostendentes, omnesque partes vicinae multo adipe referatae ^{k)}. Glan-
dulae mesentericae cum pancreate in syphilitico tumefactae
et induratae aortam comprimentes: cor ingens, aorta valde
dilatata ^{l)}.

19.

Polypi in corde vel vasis vicinis; horum in viuis exi-
stentiam fusius hic comprobare, nec tempus nec instituti ra-
tio permittit. Cel. *Pafiae* ^{m)} et *Kerkringii* ratum, semper in,
vel post mortem gigi polypos fusus apud contingentes ha-
rum rerum arbitros ⁿ⁾ subactum ac refutatum inuenies.
Pluribus, et mihi in vetula catarrho suffocatio mortua poly-
pos densissimos fibratos cauis accretos quin vasis nutritius
exstructos videre contigit.

Quaedam hic ex diutissimo observationum huius gene-
ris thesauro, exempla excerpere licet, vbi polypi aneurys-
ma cordis pardoxerant.

Polypus in auricula dextra, cum aneurysmate eiusdem ^{o)};
in ventriculo dextro; hinc auricula dextra sexies
magis ^{p)} in arteria pulmonali cor dextrum cum eius vasis
amplissimum ^{q)},
in sinistro ventriculo: auricula sinistra iudea rupta ^{r)};

ⁱ⁾ k) *Lancetus* de morte subitanea lib. II, obs. 7, p. 242.
l) *Portal* in *Lieutaud* 1 c.

m) In Epist. ad *Aethapiltum* de motu sangu. post mort. et de
cordis polypis in dubium reuocatis,

n) *Manger* Biblioth. anet. med. T. II, P. II, p. 12, *Peyeri* met.
hist. anat. med. cap. 6, *Malpighi* Diss. de Polypo cordis.
Verbrugge tract. de aneurysmatibus.

o) *Lancetus* l c. p. 311. *Fanson* simile habet observationum obs. 22.

p) *Quæsiz Schœf*, Francof. Tom. IV, Vol. 6.

q) Hist. de l'Acad. des sc. 1701, p. 25, 26.

r) *Langhans* Act. heluet. T. II, p. 125.

Polyptus in aorta dilatata uno anserino grandiori, tendineis radicibus ex aortae principio natu^s cum corde magno ^v).

Concrementa carnosâ, vidit M. Duke, Lowerus, Vesalius ^w).

Huc pertinere videri possent obseruationes de *vermis cordis*, quos vero plerumque coagula sanguinis vel concretiones polyposas, vermium figuram referentes, ex obseruationis fallacia, vermis vere esse arbitrii sunt obseruatoris. Omnes non facile refutare: In Boneti Sepulchr. ^x) deprehenditur casus ex Hebenstreitii libr. de peste, vbi vermis albus viuus cordi adhaeresens rostro peracuto corneo in dissecto cadavere principis cuiusdam, feris cordis doloribus et puncturis laborantis, comparuit. Coniculus in circulum ex allii succo in mensa figuratum rependo mirifice se contorquet, et circulum cauet; tandem allii nidore vicius concidit.

Pericardium cordi connatum causa cordis peramplici ^y).

Aortam augustiore etiam inter causas enormitatis loquimur, non solum ill. Mekelii patris ^w), sed etiam Morgagni ^x) in futore probat obserratio. In utroque casu vita sedentaria, corpore incurvato anfam praebuerat malo. Nec minus aortae curvatura insta acutior ^y).

^z) Epist. ab Alexandro Knipp Macoppe Brixiae 1731. edita.

^z) Senac. l. c. p. 426. 427.

^u) l. II. Sect. 8. obl. 25.

^v) In Ess. of a society of Edimb. I. Dam. Sinopeus p. 44. Philos. Transact. n. 345.

^w) Memor del' Acad. des sc. de Berl. 1750.

^x) Ep. XVIII. Art. 4.

^y) Verbrugge de aneurysmat. §. XII.

Dilatationes aortae non minus causa quam effectus aneurysmatis cordis esse possunt^{a)}, dantur certe observationes apud cl. Senac dilatationem cordis exiguum cum enormi aortae aneurysmate coexistit, unde patet illam huius causam non fuisse, cum cordis dilatatio non esset tanta quae huic aortae enormitati producendae responderet. Aneuryisma arteriae pulmonalis etiam cordis ampliationem ex Ballonii, Cœsalpini et Malpighii obseruatis produxisse videntur^{a).}

Iam progedior ad impedimentum in visceribus pectoris et abdominalibus sanguinis transitum, causam, quae inuenitur in autoribus, morbi nostri frequentem.

Copioſissimæ constant pulmonum pleurae adnatorum obſeruationes, in quibus hanc adhaerentiam ob impedimentum in pulmonibus circulum tamquam causam enormitatis cordis ventilatam inuenies. Negari non potest ignorantiae refutum haud raro veteribus Pathalogis hanc causam fuisse; nec minus tamen a media veritatis via recentiores aberrare mihi videntur, hancen enormitatem causam plane reiicientes. Quod Dicimerbroeck^{b)} et Mörzagni^{c)} contendunt, pulmones artificissime saepè et late pleurae adhaerescere; imo in tertia hominum parte sine vilo praegresso vel comitate in commido, per obſeruationes clarissimorum Anatomicorum confirmatur. Bonetus etiam^{d)} non omnes eiusmodi coactus, dyspnœam vel alia ſymptomata producere, concedit. Verumtamen dantur certissimæ obſeruationes, in quibus haec cohaerentia, difficultas pulmones circuiti cauſa, non agnoscit nequit. Zechius^{e)} narrat Nob. Romanum inci-

^{a)} Senac I. c.

^{b)} Cf. Alard. Maurizius Eggerdes Milcell. Curios. a. VI. Dec. II.

^{c)} Anat. I. II. c. II.

^{d)} Epift. 18. n. 15.

^{e)} Sepulchr. I. II. Sect. I. obl. 65.

^{f)} In consult. I.

disse in dyspnoeam sine stertore; malo progrediente eo deuenisse, vt in alterutrum latus cubare non sine labore potuerit, in dorsum vero nequaquam, ob ingentissimos dolores et cruciatus, quos tunc statim iuxta anteriorem thoracis partem experiebatur. In ventrem minus molestum illi fuisse decubitum. Post mortem pulmones costis anterioribus omnibus tam pertinaciter adhaerentes inueniebantur, vt non nisi cultro sciungi posset. Simillimam observationem mihi, proh dolor! in amico experiri licuit. Saepius iam post febres pneumonico pleuriticis incidit in chronicum pectoris dolorem, summa cum respirandi difficultate coniunctum, sub certo tamen ad anteriora et sinistrosum prono situ in momento equanidum. Quae symptomata post iteratam V. S. plerunque breuiori vel longiori tempore praeter leuem dyspnoeam cessabant, donec post aliquot menses reuerterentur. Hac aestate post refrigerationem praegressam seuissima aegrum aggressa sunt symptomata, neque V. S. neque alii remediis sedantibus antispasmodicis resoluentibus cedentia, quamvis paullulum ad tempus mitigata. Caeterum adeo, vt ipse mihi narravit, archatum pectus erat, vt cum paullo profundius aërem trahere conaretur, obstaculum aliquod intus haerens, continuatae eius explicationi resistens sentiret, quod vltiorem halitum omnino, vel sub mortis conditione, redderet irritum. *Biningerus* in propria filia f) tuissim pertinacissimam cum suffocationis metu obseruauit. Post mortem pulmones, vti praedixerat, firmiter et late cohaerebant costis. Pectoris dolorem ob pulmones cum pleura post inflammationem artissime conglutinatos *Gua-rinonius* g) refert; plura spirandi difficultatis exempla ex hac causa inuenies in *Rhodi* obs. 23. Vnum addere licet: Quidam Medicinae Candidatus, quem ex meritis ipsius aucti-mo et diligo, iam ante plures annos in sinistra et inferiore pectoris parte dolorem sensit, sub motu anæstum, et ia iisdem interstitiis intercostalibus cum altius inspiraret, foueae

com.

f) Cent. III. obs. 30. b) ibid. 5. h) ibid. 2. i) ibid. 1.

g) Consult. 637.

comparuerunt. Iam post febrem nervoso-purtidam cum summa humorum resolutione felicissime superatam dolor iste prorsus evanuit, foneis nihilominus supersticibus. E quibus omnibus iure quodam concludi posse videtur, circumlum sanguinis per pulmones perturbari posse coalitus pulmonum cum pleura. Ceterae tamen adesse debent conditiones praeter nexus arctitudinem et latitudinem, sub quibus modo haec symptomata sequuntur; si hypothesis proferre fas est, ex corrugatione pulmonum superficie per coalitum ortae explicare placeret; *Bonnet*^{h)} habet certe observationem ex corrugatis pulmonibus ortam esse dyspnœamⁱ⁾; vele maiori pulmonum sensibilitate; vel præternaturali tensione ex effusa intra cellulofam telam neclentem, lympha coagulisibili vel fero; exemplum vbi idem dolorem et dyspnœam efficerit, inuenies in *Morgagni*^{k)}.

Inde etiam colligi possit, quomodo febris putrida stagnationem forte in loco dolente resoluere potuerit, concretione ipsa laxiori forsan remanente; cur demum in primo a me narrato casu dolor et dyspnœa post saponis veneti et aquae caloris viuae usum cessaverint, quamvis enim filamenta ista cellulofam telae resoluta esse hanc mihi persuaderi patior, conditiones tamen accessoria paroxysmum renovantes re-mediis forte sublate vel imminutae sunt.

Praeterea nil non sub sole est, eandem caussam sensibilem diuerissimos saepè edere effectus; cordis ad pericardium alligatio nunc dira producit symptomata, nunc nulla, vel mitissima^{j)}. E dictis patet, enormitatem cordis etiam huic

b) in Sepulchro; *I. II. Sect. I. obs. 51.*

i) *Sylvius de le Boe Prax. I. I. c. 22.*

k) Epist. XXI. art. 27. epist. LIII. art. 16.

l) *Alexius Littre hist. de l' Acad. des sci. 1703. p. 54. Ibid. 1706. hist. I. Heister in obseru. Med. miscell. n. 4. Dionis de la mort subite p. 66.*

huius causae ortum debere posse; celebres item testantur autores: Pulmones pleurae et diaphragmati firmiter adhaerentes cum corde vastissimo^{m)}. Senacⁿ⁾ pariter obseruationem citat Riuierii; lobum sistrum pulmonis diaphragmati firmiter adhaerentem certissime et sine dubio caussam fuisse auricula- rum dilatationis.

Post febrem inflammatoriam remansisse angorem pectoris cum pondere pulsatilis supra diaphragmate pulmones pleurae agglutinatos fuisse, ex Lancisio Lieutaud^{o)} habet.

Nec Receniorum mihi deest autoritas; vnum, omnium loco nominasse sufficiat, Pathalogum in caussarum scrutinio acutissimum aequo ac obseruatorum felicissimum cl. Daniellem puram: Anhelationem a pulmonum cum pleura et media- stino concretione, valida saltem et vasta, oriri posse contendit,

Post respirationis cum dolore punctione cor pene bubuli simile, amplissimum apparuit^{p)}.

Asthma, hydrothorax, cum aure dextra vasta, sinistra parvata^{q)}. In phonacis orthopnoicis uti auricula, ita et ventriculus dexter mire dilatati^{r)}. Post saltationem et ostium venereum crepatura ventriculi dextri^{s)}. In pulmo- num inflammationibus cor tumidissimum^{t)}.

Pul-

^{m)} Wepferus in Lieuand Sepulchr. I. II.

ⁿ⁾ l. c. p. 412.

^{o)} l. c. I. II. obs. 408.

^{p)} system. aegritud. p. II, p. 35. Pohl Pr. de pericardio cordi ad- haerente p. 7.

^{q)} Pareng. Med. p. 144.

^{r)} E. N. C. Dec. III. a. §. 6. obs. 8. Medic. Eff. Vol. 2, p. 352.

^{s)} Mechelotti comment. Bonnien. T. I.

^{t)} Vater diss. de causs. mortis subitan.

^{u)} Senac T. II. p. 318.

Pulmonis substantia phlogosi, scirrho, pituita infarcta, hepar ingens semiscirrhosum, lien et pancreas durissima cum corde insolite crassitiae et magnitudinis v).

Scirrus in pulmone dextro, cum auricula dextra amplissima w). Pulmo consumptus cum auricula dextra triplo majori x).

22.

Obstructiones latiores in aliis visceribus pariter mortuum nostrum gignere valent.

Ab hepate ingenti, pancrease scirrhofo cor monstrum y).

Lien tuberculosus, hepar magnum, cor mire dilatatum z).

Schol. I. Saepissime quidem in ea parte potissimum cor dilatatur, vbi proxime obex ponitur circulationi; interdum tamen aneurysma auriculae dextrae et ventriculi sinistri, obstraculo in aorta residente, obseruatur a) Valsalva b), Mare, Laurentius c), et Morgagni pse d) ventriculum et auriculam dextram ab aorta angustiori dilatatos viderunt, corde dextra nulla tensus praeternaturali; quod ex innata quadam vel postea quacunque ex causa acquisita maiori laxitate ventriculi dextri, robore vero validiori sinistri euenire videtur.

Sch.

v) Fantomus obs. 23.

w) Loske obf. anat. chir. p. 35.

x) cl. Stephanus p. 216.

y) Fantom. obs. 22. Posit in Litteris Sepulchr. T. II.

z) Baaderus in Litteris 1. c.

a) Lancif. prop. LIII.

b) in Morgagni Epist. 17. n. 10.

c) ibid. in epist. 18. n. 6.

d) in epist. 18. n. 8.

Sch. II. Eandem ob caussam aneurysma in corde dextro frequentius est, quam in sinistro ^{e)}.

Sch. III. Mox cum incremento, mox cum decremento substantiae cordis coniuncta est eius dilatatio; vel ob sanguinis in vasis coronariis coacervationem, vel ob musculi coridis fortiorum actionem, de quibus supra dictum est.

23.

Caussae igitur omnes eo mihi redire videntur, quod actionem cordis impedian, et ita quidem, ut vel vires eius laedant, vel obstaculum actioni ponant. Illas breuissimis recensere, haud dimetiri habet: Vis cordi propria est irritabilitas longe superior quam in omnibus aliis musculis, et fere diuersa, quoniam a vi nervosa vel non vel remotissime dependet ^{f)}. Peccat vel excessu vel defectu, vel alienatione; posterioris in corde nulla inuenio exempla. Si excedit, irritabilitas vel absolute increnit, vti in infantibus, in hypochondriacis et inde orta palpitatione, vel stimuli fortiores in vehementiores irritabilitatem haud praternaturalem incitant effectus, vti acre vellicans, erodens, vel stimulus physicus, vti potus frigidus, ignis electricus, fulmen etc. vel mechanicus, lapides, ossificationes, polypi, sanguinis copia, cohaerescientia cum pericardio etc.

Sin iusto minor est respecul sanguinis propellendi, necessario accumulatio eius in corde adeoque dilatatio procreatur; Extinguitur vero, vel supprimitur saltem irritabilitas vaporibus putridis ^{g)}, sulphure, carbonum fumo, aëre non reno-

^{e)} Senac I. c. 412.

^{f)} Halleri Elem. Physiol. T. II. L. IV. p. 498. Ed. Bern. 1778.

^{g)} Carminai p. 9.

^{h)} Puffau, recherches.

renouato phlogistico ⁱ⁾, morsu viperae ^{k)}, vi electrica fortiori, vti in fulgere, frigore nimio, etiam adipe cordi circumposito ^{l)}). Ad hanc igitur agendi modum vaporis musti et febris putridae effectus redire videtur. Sed reliquae causae hic dictae certissime etiam enormitatem producere valent, quamvis obseruationes nobis desint.

Si porro nimia plenitudine vel sanguinis vel aëris ad certum gradum distenduntur vel auris, vel ventriculus non minus amittunt vim irritabilem ^{m)}. *Caldani* ⁿ⁾ et *Fontana* ^{o)} rigorem tonicum eorum ad nouas contractions ineptum reddere obseruarunt; ecstasis sic aliquando agere videtur.

Ipsam denique contractionem vim cordis irritabilem potissimum exhaustire experimenta cl. *Fontana* p. *Caldani*, *Halleri* etc. luculententer demonstrant. Sic etiam conuulsiones spasmadicae cordis contractions agere videntur, exitum sanguini saepius occludentes.

Animi pathemata exceptis paucis, vti tristitia quae imminuere eandem videtur, irritabilitatem cordis augent at remotius agunt, per alteram quae nunc consideranda venit, vim cordis nervosam, minorem quam reliquis in musculis quae irritata tamen abnormali cordis motui inducendo sufficit; sic etiam dolores cordis a causta rodente vel alia mechanica orti agunt ^{p)} vbi dolores pectoris a claviculari fini-

ⁱ⁾ *Carminati* p. 90. 105.

^{k)} *Fontana* recherche.

^{l)} Idem l. c. p. 367.

^{m)} Sw. Wet. Aead. Handl. 1764, trim. 4,

ⁿ⁾ reflex. p. 241. 243. 249.

^{o)} Leg. irrit. diff. II.

^{p)} c. l.

^{q)} *Frankf.che Sammlungen aus der Arzneygalerieh. Naturl. und Oekon.* B. 2. p. 310.

sinistra ad costam quartam veram extensi palpitationes, et
cor enorme inducebant, quale post mortem multis arroficio-
nibus semigangraenosis obstitum apparuit.

Vis fibrarum cordis cohaerendi, varias etiam mutatio-
nes induere potest. Minor iusto cohaesio quantopere fa-
neat aneurysmatis generationi per se patet, inducit vero
vel acri teneritudinem inferenti prout viru venereo, scorbu-
co, putrido, mercurii abusu, absorptionem partium terestrium
angente, rachiide, lactatione diu protracta, luxitate innata,
vel alia demum causis acquisita etc.

Rigiditas vero cum concretionibus saepe iuncta in
senibus praecipue causa est enormitatis cordis frequentioris r.).
Obstacula mechanica, quae altero loco actionem cor-
dis impediunt, eateius quidem ad primam classem pertine-
re videntur quatenus his etiam vires cordis ideoque actio
cordis laeditur, verum tamem vires illic primario hic se-
cundario laeduntur. Omnia redeunt ad immicutum circui-
tum per cor, sint vel intra vel extra cor. Huc polypi,
concrements lapidea, certilaginea, ossea; obstrunctiones infar-
ctus, consumtiones coalitus aliaque viscerum vitia circulum
sanguinis perturbantia. Dilatationes vasorum maiorum et an-
guitationes pariter obicem ponunt circulationi, dum circulus
sanguinis ex spatio minori in maius manans valde languet,
praeterea grumi et concrements sanguinea in facie aneu-
rysmatico orta in cauam arteriae prominentia transitui san-
guinis obstat posseunt. Aorta sub angulo acutiori caruata
aequae difficilem reddit sanguinis circuitum.

E F F E C T V S.

Effectus huius morbi crudelissimi, maximam partem
iam supra commemorata sunt, reliquos hic addam. *Pleuritis*

sar.

r) *Fischer de senio p. 76.*

*sarcomatrica a corde aneurysmaticoⁱ⁾ phthisis^{j)}; Rivalierius mulierem iuuenem narrat fera cordis pulsatione oppresiam, incidisse deo in phthisin. Cor erat stupenda molis, hepar et pulmo cohaerens^{k)}. *Hamoptysis* post signa enormitatis in iuuenie^{v)}.*

Tussis cum sputo cruento^{w)}, *Pleurodyne*^{x)}, *Hydrops* omnis fere generis; quae omissa ex turbato circulo, et resorptione humorum oriuntur. *Coalitus Pulmonum*, praecipue dextrum pleura; *collapsus* et degeneratio substantiae in massam fungosam densam; obstrunctiones; *Scirpsi* earundem. *Firmitas* pericardii cum diaphragmatis non solum tendinea, sed carnofa etiam parte, et cum corde ipso *nexus*^{y)} *Prolapsus* cordis supra diaphragma, vt cor inferius quam soleat, et partem sinistram versus a sede sua recedat. Adeo usque saeppe deprimitur, vt diaphragma quasi in cucullum quandam extendatur, quo cor amplectitur, sicut vidit in *Marchione du Palais* ill. *Senac*^{z)} omnes sequelae viterius dilecta a corde ponderiore, ampliore vicinas partes premente, suspensoria relaxante pendent^{a)}.

Polypos, ex aneurysmate cordis sanguinis stagnationem, et alternantem agitationem facilime nasci posse testantur *Morgagnus* b), *Sauvages* et c) *Matani* d).

s) Daniel Syst. agritud. p. 348.

t) *Sauvages* l. c. T. I. p. 561.

u) *Senac*. l. II. p. 414.

v) *Morgagnus* in *Lieutaud* T. II. obs. 405. 575. *Senac*. l. c. L. II. p. 414.

w) *Rivierius*, *Bonnet* in *Lieutaudi* lib. c.

x) *philosoph. transact.* V. LII. p. I. pag. 344.

y) *de Marchetti* obl. 19.

z) l. c. ch. 8. n. 4.

a) *Lancifus de mort. subitan.* l. II. obs. 2.

b) *Aduerfar anat.* II.

c) T. I. p. 561.

d) l. c. §. 20.

enla
dis
ipfe
beba
rysm
Elio,
narr
fuit,
Inert

Repe
ne,

tes, v

gis qu
bi cor
iuvat.
facilit
cordis
ribus,
tante e
ad fa
licet c

e) i

f) I

P

g) L

n

i) H

k) L

Ossificationes ob eandem statim variae. Valvula auricularis dextra crassima, cartilaginio-ossa cum ingenti cordis imprimis auricularum mole, quae cum, ut *Lieutaud* ipse ^{e)} fatetur, sanguini versus cor appellenti obicem praebat, nescio sane, unde vir el. eam tanquam cauſam aneurysmatis recensere potuerit. *Humorum in extremis collectio*, inducendis gangraenis aptissimaf^{g)}. *Saxonia exemplum narrat* cordis magni, quo totum corpus gangraena tentatum fuit, postquam antea liuere cooperat supercilium sinistrum. Inertiae actionis cordis ac vasorum effectus esse videtur.

Disruptio valvularum, venae caue, auricularum ^{2).} *Repentina* demum mors vel ex haemorrhagia vel suffocatione, vel lypothymia vel apoplexia ^{h)}. Raro lenta mors ex tabe ⁱ⁾.

25.

DIAGNOSIS.

Circa diagnosin huius morbi tot versantur difficultates, ut cum *Morgagni* ingenni Pathologi omnes dedoceant magis quam edoceant; primo tamen signa generalia quibus morbi cordis idiopathici, a sympathicis distinguunt, enarrare iuvat. *Senac* ^{k)} principia eruere studet, quae hanc diagnosin facilitent. Si epigenemata ista, quae suspicionem morbi cordis mouent, leniora, longis interuallis, diversis temporibus, post breuem paroxysmum, cum causa ipsum excitante euania prorsus euaneant, et omnes cordis motus ad sanitatis redeant normam; si paroxysmi non redeant, licet causae, quarum occasione excitabantur, redierint, vt

COR.

e) in *Sepulchr.* T. I. p. 43. *Bonneri Sep.* T. II. Sect. V. obs. 3.

f) *Fabric. Hildan.* Cent. II. obs. 99. *Lancif.* de aneurysmar. prop. 53.

g) *Laurent. Anat.* p. 495. *Bonner Sepulchr.* I.II. Sect. V. obs. 4. in Additam. obs. 1.

h) *Lancif.* de morte subitanea I. II. obs. 2. *Morgagni* epist. 27. n. 88.

i) *Heurnius* obs. 28.

k) I. c. p. 324.

C

corporis motus, deglutitio, aliae eiusmodi ^{l)}, si in partibus primario affectis sensus aliqualis praecedat ingratius; probabili, non certa sententia, has affectiones ex sola sympathia oriri, affirmari potest. Sin vero vehementiora, causa vel leuissima vel nulla sensibili admissa reuocantur; pulsus arteriarum, cordis motu pedissequens, continuo parvus, irregularis, variabilis; palpitationes cordis violentae, pulsus eius fortes, cum dilatatione arteriae debili, irregulari observantur, vitium cordis idiopathicum suspicari licet. Intervenit tamen plane intermitit ^{m)}. Vnum vel alterum symptoma, vel post paucum tantummodo reddit, adeoque ex primis viis natum esse videtur, quamvis cordis vitium idiospathicum adsit, quod vero solum inducens symptomatis bus haud sufficit, et aliam causam concurrentem requirit. Neque minus per hypochondriasis et hysteriam eadem excitantur epigenemata, que tamen leuioribus tunc cedunt medicamentis antispasmodicis. Causa vero ne nimium tribus hypochondriasi, quando, vti saepius sit, haec ipsa per vitium cordis idiopathicum excitatur, vbi facile symptomata e virtute cordis orta a nervorum agitatione derivantur. Plerumque vero effectus medicamentorum, quae symptomatum vehementiam mitigare quidem, tollere tamen haud solent, in his tenebris debilem nobis accendit lucem.

Ita si aliorum morborum praesentia ex suis signis diuidatur, quorum symptomata ista sequele censer possunt, dictis principiis verum quantum licet erit debet. Quomodo vero, quaeres, distingui poterit, an morbus, qui cum vitio cordis complicatur, huius causa sit, an effectus? In principio e. gr. asthmatis inquirendum, an nulla praegressa sit actionis cordis perveratio? In pulmonem tunc omnis ruit culpa; an in interuallis vel remissionibus asthmatis cor libere agat? cor tunc sanum censemus.

An

l) Morgagni Ep. 18. art. 20.

m) Lancisius de subit. mort. hist. 2. ed Rom. 1709. p. 253. Secund. I. c. p. 404. Lieutaud p. II, obs. 434.

An vero cordis vitium produxerit asthma? e praegressis supra commemoratis intelliges.

26.

Iam me accio gam ad signa enormitatis cordis in specie perlustranda. Si symptomatibus supra enarratis, palpitationibus, lypothimis, asthmati morbi cordis in genere speciem prae se ferentibus accedit sensus ponderis in cardia, qui situ erecto augetur, horizontali vero vel in aliis ad anteriores prono subleuat, si manu, pectori admota, magna massa costas feriens sentitur, si caussa, et effectus morbi, aequae ac medicamentorum faueant suspicione, si denique his adiungitur cel. *Auenbruggeri* signum, sat probabilem morbi diagnosis colligere poteris. Ex historia vero horum symptomatum luculenter patet, eadem saepius vel deficere, vel maxime obscura ac ambigua esse, et incertam vel nullam diagnosis morbi praebere. Et id eo minus, quo plures cum eo complicantur morbi, praecipue pectoris.

27.

MOREI QVORVM PRAECIPUE
COMPLICATIONE DIAGNOSIS ANEVRYSMATIS
CORDIS CONTORQVETVR.

Hydropis pectoris signa non raro ita vacillantia comprehenduntur et cum enormitate cordis communia, ut tuerque morbus reciproce saepius confundi possit. Dyspnoea, palpitations, pulsus irregularis, debilis, humiliis etc. tussis irrita, decubitus vel facilis vel difficilis in vitroque comprehenduntur. Nec minus pondus agranans ad regionem fere cordis in foemina quadragenaria mihi obseruare licuit, quae tamen certissime, vti e mobilitate ponderis, ex sensu aegrae fluctuantis aquae, et euanescentia horum symptomatum post propinata diuretica, simul antispasmodica, colligere fuit, hydrothorace laborabat. — Signa vero pathognomonica hydrothoracis saepe ita clanculum latent, vel prorsus de-

C 2

sunt,

funt, ut aliquando Medici vel peritissimi decipiuntur ^{n).} Fluctuantis aquae copia non semper percipitur, si vel exigua copia adsit, quae nihilominus, praeprinis si acribus salibus scaret, reliqua producit symptomata ^{o);} vel tanta, ut thorace prorsus implet; quin immo, si vel medioeris adsit copia, deficit interdum sensus descriptus ^{p).}

Asthmatis insultum media nocte aegrum ex somno cum suffocationis metu excitare, haud necessariam esse huius morbi sequelam, *Iac. Vicarii q)* et plura quae *Morgagni profert* ^{r)} confirmant exemplia. Decubitus in dorsum decubum, in alterutrum, vel utrumque latus, non semper, praecepue si aqua thoraci cavitatem utramque prorsus implet, est diffilis ^{s).} Ipsa spirandi difficultas omniaque alia signa interdum deficiunt ^{t).} Alia minus essentiaalia mitto. Pierumque tamen, mihi certe ex undecim, quas sub auspiciis magni *Goldhageni*, tum in nosocomis publicis, tum priuatim, obseruare contigit aegros; in decem illorum signa praecincta, praecepue fluctuatio, paroxysmi nocturni, brachiorum tumor, qui vero saepius etiam absit, etc. sat certam mihi praebebant diagnosin; in uno, cui ascites cum hydrothorace coniunctus erat, nulla peculiaria aderant, quae hunc prodidissent. Sin etiam pondus in regione cardiae percipitur, mobilius tamen est, et in situ corporis ad aperiaria inclinato exacerbatur; in morbo nostro vero eodem subleuator.

Si vero hydrothorax complicatus sit cum cordis dilatatione, omnia epigenemata, quae ex parte saltem ad hunc,

pri-

ⁿ⁾ vti *Vieugens* I. c. ch I. ingenue fatetur.

^{o)} *Albertini*, I. c. T. I. in opus.

^{p)} *Morgagni* Ep. 17. n. 37.

^{q)} E N. C. Cent. I. obs. 3. in Schol.

^{r)} Epist. 16. n. 11.

^{s)} *Morgagni* Epist. 16. n. 28. 29. *Buchner A. N. C. V.* 6. obs. 50.

^{t)} Id. cod. I. c.

primarium saepius morbum, pertinent, illi facile tribues; nisi forte cordis grauamina praegressa sint hydrothoracem, vel medicamentorum stimulantium, diureticorum et plerumque hic noxius, vel cordis maioris ad costas alludentis perceptio, vel caussae et effectus suspitionem moneant aneurysmatis. cel. *Auenbruggeri* signum vero in hac complicatione tunc modo applicari potest; cum aqua minori adest copia, ut sub certo situ corporis, regio cordis, aqua in decliniorum locum manante liberetur, adeoque spatium, quod corde expletur, sono obtusiori et thorace eliso distingui queat.

28.

Empyema iisdem omnino cum hydrothorace symptomatis stipatum, at vehementioribus, et citius aegrum necantibus^{u)}. Praegressae plerumque inflammationis vel vomitibus signa a hydrothorace illud distinguunt. Et idem decursus fientis morbi praeter signa quae in diagnosi hydrothoracis proposita sunt, saepe ad dignoscendum empyema, ab aneurysmate cordis facit.

29.

Pericardium aqua vel pure impletum omnium difficilime a morbo nostro discernitur. Plurima symptomata quin immo cordis magni magis propria: dolor in cardia vel regione epigastrica cum pertinacissimo vomitu^{v)} sonus e percusso thorace, in magna circa cor circumferentia obtusus, delectus, oppressio pectoris praeceps in cardia, lipothyiae frequentiores, etc. utrique competitur morbo. Fluviuationem enim aquarum in pericardio, non nisi^{w)} sub cordis palpitatione sentiri, adeoque si cor languido et obscuro motu vix contremiscit, vel aqua minori adest copia

de-

^{u)} Hippocr. I. II. de morb. in cap. propri. de pulmonis hydrop. Fallopian obs. de venis.

^{v)} Lieutaud p. I. obs. 73.

^{w)} Scalparius Cent. I. obs. 36, Senac, I. c. p. 360.

deficere vel fallere, in aprico est. Sensus cordis in aqua frigida natantis ^{x)} paucis modo hominibus sensu tam exquisito praeditis percipi, plurimorum obseruatorum probatum hac de re silentium. Si praeterea sensum ut in plurimis sit, aqua accumulatur, coniuetudine hic sensus obtundit videtur. A pulsibus multo minus sperandum quid est. In variis varii obseruati sunt, et si quid forte saepius, id ad partitatem, frequentiam, dibilitatemque referendum videtur ^{y)}. Ad Albertini ^{z)} obseruata parui et potius frequentes, tunc praesertim cum aquae multo maxima copia sint; molles autem, cum illa pura et lenta; fibrati denique et tensi, cum falsa et vellificans sint. Senac ^{a)} e contra pulsus duritiem pro signo hydrocardiae habet.

Decubitus humili in dorsum hic non nisi ad summum increuerit morbus, facile et saepius toleratur quam in anerysmate cordis ^{b)}. Tussis sicca frequentior ^{c)} sensus suffocationis constantia ^{d)} etc., quae omnia teste Morgagni ^{e)} adesse, abesse posse non ita miraberis, quam si ea, quae ad essentiam morbi magis perirent videtur, non raro deficiere, in obseruatoribus legeris; quin potius sunt cordis in aqua rotente natantis, non vellicati modo, sed exesi obseruationes, ubi nullae palpitationis sit mentio ^{f)}. Sic sensus ponderis corrugauit, constringentis, qui toties in hoc morbo

^{x)} Galenus de loc. affect. c. 2. Saxonia Sep. I. 2, S. 3. obs. 29. Senac. l. c. T. II. p. 365.

^{y)} Hoffmann Medic. rational. T. IV. P. 4. 5. obs. 4.

^{z)} l. c.

^{a)} l. c. p. 391.

^{b)} Senac. l. c. 363.

^{c)} Id. eod. l. c. Reimannus A. N. C. V. I. obs. 170.

^{d)} Senac. l. eod. c.

^{e)} Epist. 16. art. plur. Bonner l. c. Sect. 8. obs. 21. §. 10.

^{f)} E. N. C. Cent. III et IV. obs. 151. Morgagni Ep. 16. n. 17, 22.

obseruatus est, diserte in viso *Olaï Borrichii* g) negatum inuenies. Et praeterea idem sensus in longe aliis morbis uti hydrope thoracis, omnibusque congestionibus sanguinis in pectore percipitur, quas tamen effectus medicamentorum et minor constantia huius sensus a morbis nostris distinguit. *Willis* h) vero insigne grauamen in cordis regione fixum, constans post dolorem pleuriticum evanidum obsernauit, et post mortem sanguinem in cauis cordis accumulatum, concretum, polyposum, vidi. Spirandi difficultatem i) tuissim k) omniaque reliqua hydrops signa generaliora e habitu externo, se et excretorum conditione defumta, ad quae praecipue *Graez* l) et *Vieuſens* m) respexere, in Monacha quam *Morgagni* n) commemorat prorsus carebant. Causarum vero scrutinium; potus scilicet nimius, cui excretiones non respondebant, *Albertino* in hac ipsa Monacha detectum morbum.

Hydrops mediastini anterioris rarus, iisdem fere symptomatis conspicuus, decubitu in dorsum difficili o) a hydrocardia decubitu vero in utramque latus facilis et symptomatis hydrops generalioribus a morbo nostro discrepat.

Aſcyrbo pn'monali in eo differt, quod in hoc signum immuniti vel suffocati sonitus in affecta thoracis plaga, cum tussi ficea rariori, imo a loquela producitiore anhelofa, asperitate ficea in gutture, venis temporalibus, sublingualibus, iugalaribus in affecto

g) Sepulchr. I. 2. S. I. obf. 86. item *Valſalua* in *Morgagni* Epift. 10. n. 11. Epift. 16. n. 36. 38.

h) lib. de febre. c. XI.

i) *Mediaxia* in *Morg.* Ep. 16. n. 28.

k) *Kellnerus* in A. N. C. V. V. obf. 1. not. 1.

l) Diff. de hydr. peric. praef. F. Hofmann.

m) Tr. du cœur.

n) Ep. 16. n. 43.

o) *Selle med. clin.* p. 254. ed. 1781.

affecto latere magis solito inflatis, decubitu ut plurimum facili, et pectoris latere morbo, sub respiratione minus mobili, plerumque praesto sit, alia vero enormitatis cordis indicia desint p).

Scirrbi in liquamen soluti, vel vomicae ichorosae signa diagnostica a morbo nostro e consumptio corporis, quae in hoc rarius accidit, generum, labiorum, linguae pallore idque magis in latere affecto; defecitu doloris, et maiori lateris morbo immobilitate erui nonnumquam licet.

Vomicam aquosam (hydrops pulmonis recentiorum) signa hydropis in genere, cum magna spirandi nec non de- cumbendi tam in dorsum quam in alterutrum latus diffi- cultate, fluctuationis vero defectus q), et sensus ponderis non in cardia, sed circa alium thoraci locum perceptus, indicant.

Vomica vero purulentam, praegressa inflamatio, eius- demque finis, horripilationes, quas sequitur vagus calor, qui viuida rubidine in genis, praecipue ex latere affecto, exprimitur, praeter alia, quae facile ex antecedentibus sup- plentur, declarant.

Vomica hepatis lobum sinistrum occupans exactissime, praecipue, si absque praegressa inflammatione a sola pyoge- nia orta fuerit, quandoque referre, aneurysma cordis, e pluribus exemplis constat r). Angustiam pectoris, palpitationem, sensum in epigastrio grauarem, decubitus diffi- cilem, pondus sub erecto corporis statu austum, nauseam, vomitum, etc. saepius ab hepate scirrhofo, supprado, gan- grae-

p) Auenbrugger I. c. p. 64.

q) Maloz in Memoir. de l' Acad. des Sc. 1732, p. 350.

r) Lieuand l. c.

graenoso aliquo modo currupto ¹⁾, eademque fere ex ventriculo, diaphragmati adhaerente ²⁾ evenerit ex obseruatis constat.

32.

Aneurysmata vasorum maiorum, per pulsum vel ad posteriorem thoraci partem, ad spinam dorsi, vel anterius versus sternum, semper vero in loco corde superiori, ad istum scilicet usque, ubi trachea dividitur, et versus latius sinistrum magis, quam cordis pertinet regio, perceptum discrepant ab aneurysmate cordis. Pulsus vero non deficit solum quando aneurysmatis parietes ossificati, vel grumoso sanguine testi, eius appulsus non cedunt, sed ab initio interdum deficit, vel alio sensu suppletur; *Morgagnus* ³⁾ e. gr. de Viro Nobili narrat, post scabiem repulsum eum obnoxium fuisse molesto euidam ponderis sensui ac constrictiois quasi cum in medio oesophago bolus haereret. Eius sensus sedes videbatur illi in thorace intimo, contra medianam sterni regionem; nisi quod nonaumquam, sed raro, eo usque extenderetur, ut intimo sterno responderet, cum accidente tunc dyspnœa, et grauissimo artuum superiorum stupore. Initio sub motu per accliviam tantum, postea vero etiam cum se inclinaret, sensus iste oriebatur. Plerumque si stabat, cito euauit. Vnde *Morgagni* ad aneurysma aortae conclucit, quam suspicionem mors repentina confirmauit.

Pulsus in abdomen pro signo aortae abdominalis eiusque ramorum aneurysmatibus habet; caue tamen, ne pulsus a corde prolapsio in epigastrio conspicuum, cum aneurysmate arteriae coeliaca confundas. Neque minus in corporibus emaciatis a solius aortae pulsu medicus saepe decipi potest ⁴⁾;

vel

¹⁾ Lieutaud Sepulchr. p. I. obs. 790 et 798.

²⁾ ibid. obs. 141.

³⁾ Epist. XVII. not. 32.

⁴⁾ Berengarius Comment. 9. in Anat. Mundini. Hippocr. Epid. lib. VII. n. 3. Prof. Marian. in Annet. ad Vers. 55. S. 2. coacar. praenotion.

D

vel visceribus induratis, aliisque tumoribus aortam comprimentibus idem pulsus oritur ^{w)}; tumor scirrhosus ventriculo adnatus, pancreas ingens produxit pulsationem ad fundum ventriculi, cum angustia pectoris, palpitatione, animi deliquio etc. ^{x)} Item in hypochondriacis flatus in intestinis incarcerati et globum efficientes, qui aortam comprimens per eius pulsationes agitatur, aneurysma simulare potest ^{y)}; tunc vero tumor non constans esse solet: mox tactui subducitur, ut nullo modo deprehendi possit, mox rursum apparet, manum seriens.

^{z)} Aneurysma contra interdom sub affectu hysterico vel hypochondriaco nonnuoq[ue] latere, *Ferrarinii* exemplum optime docet ^{z).}

Asthma conuulsuum repente inuadens et discedens, cum sensu aurae ex hypochondriis per pectus ascendentis leuamen, cum flatum missione interdom coniunctum, nil nisi affectum nervosum medicis indicabant, exceptio cl. *Rhammazzino*, qui ex leuiori dyspnoea, et aurae ascendentis sensu, extra paroxysmum etiam remanentibus, et e leuamine, quod in situ corporis antrosum inclinato sentiebat aeger, aneurysma internum auguratus est. Haec etiam ad diagnosis aneurysmatis cordis ipsius applicari possunt.

Cum vero signum vltierius dictum hinc cum cordis amplitudine commune sit, nihil nobis si pulsus aneurysmatis deficiat ad utrumque morbum dignoscendum restat, quam pulsus in carpo languens, et minime cordis actionis respondens ^{a)}, qui vero cum a quois obstruculo in aorta haerente oriri possit, non eiusdem est valoris, ac ill. *Senac* contendit.

^{w)} *Vallesius* Comment. in Epid. I. V. n. II.

^{x)} *Lieutaud* l. c. p. II. p. 526.

^{y)} *Morgagni* Ep. 39. n. 18

^{z)} *ibid* Ep. 18. n. 17.

^{a)} *Senac* l. c. T. II. p. 327.

Has

b)

c)

d)

e)

Has difficultates in complicatione morbi vtriusque adeo increscere, ut vix ac ne vix quidem superari queant, per se patet.

33. *Vitium cordis proprium*

Vitia cordis proprium nullis fere propriis symptomatibus supata esse, omnes testantur autores. Petteradii enim conditio cohaerentia vel nulla vel exigua vel crudelissima, sopra narratis simillima, prodit epigenerata. *Pohlus* dyphnoam anxietatem iutolerabilem, palpitationem, nullo medicamento sedandam, omni stimulante vehementer audiam, pretione per hinc fibi indicem superimposita, in regione apicis cordis applicata, mitigatam, in eiusmodi aegra obseruant. Defectus vero sensus ponderis, et signi ex percussione, thoraci, et afflitione cordis ad sternum desumenti, hunc a morbo nostro, nisi forsitan complicati sint, distinguere potest.

Vicerunt, abscessuum, scirri, aliorumque in pericardio haerentium, concrementorum lapideorum, vermis etc. signa generaliora adhuc sunt commemoratis. Id tamen saepe cognosci potest, aneurysma cordis non adesse.

Ira abscessus, tumores, vlera in interiori cordis substantia, in externa et interna eius superficie, quorum plurimi ex autoribus colligit. *Senac* ^{a)} nullo modo, nisi e domibus circa sternum pungentibus, eura convulsiōibus cordis leuioribus ^{b)} cognoscet. Vbi vero caro cordis fugosa, substantia eius laxa, flaccida, membrana propria minus tenuis obicitur, cum illa ^{c)} inservientibus membranis tenetur.

b) Pr. de pericardio cordi adhaerente 1773.

c) Senac. I. c. 336-338.

d) ibid. 380-384. qui auctor totius hoc est. B. II. 1.

e) Albertini. I. c. T. I. in opusculis. W. XX. & o. linnakii. C. 3.

E

tensa, et aqua pericardii macerata est, hanc raro non sensus deficiunt, ac animi desectiones, pulsusque intermitentes etc. f).

Polypum praeter eadem, pulsus vibratus, ac intermittens, torpor brachii, pulsus in eodem obscuritas, dolor et pondus in Cardia, saepe vero nulla vel exigua comitantur symptomata g).

P R O G N O S I S.

Prognosis semper fere, in morbo, qui toties vel non, vel male, vel nimis fero cognoscitur, tristissima est habenda. Differt tamen periculum pro castrorum, virium, aetatis, ratione, et prout citius vel serius iapta medela adhibetur; cum praeterea a sola interdum natura multum in impediendo incremento, et anertendis crudelissimis huius morbi sequelis praefatur, quis dubiter, longe maiora ab ea prodigia exspectari posse, si humanam artem sociam sibi atque auxiliatricem adiunxerit?

C V R A T I O.

Ea spe fretus ad curationem iam accedo, quae vero solummodo ad palliativam redit, quod scilicet symptomatum vehementiam frangas, vitamque, quantum fieri potest protrahas. In varias vero hic contrarias sententias abire Medicos video.

Alii venaesctionem ratquam praecipuum, et unicum fere praescidium praedicant; h) alii sub certis modo condi-

f) Olaus Borrichius in Sepulchr. II. II. S. I. obf. 86. Peyerus ibid. I. II. S. 2. obf. 21. Schol. Graezius dilp. de hydr. péric. §. 3.

g) Matanil. c. §. XX. Wepfer demonstr. Hist. apol. obf. 70. 71.

h) Senac. I. c. p. 418. Guarani animadu, ad histor. 24.

tionibus admittunt ⁱ⁾; alii negligunt ^{k)}, vel omnino rejiciunt ^{l)}. *Valsalua* ^{m)} vel aquam non, nisi intra certum pondus praebebat, quod eriam *Bernardini Gengae* ⁿ⁾ felici experientia, ac *Lancisi* ^{o)} praecepto in aneurysmatibus externis confirmatur; quam longe ab hoc eorum confilium distat, qui multam aquam praecipue frigidam, praesertim laetis et thermopotiones laudant. Alii hypnotica commandant ^{p)}; alii tamquam suspecta reiiciunt, vel in casu alicui modo admittunt ^{q)}.

Omnis tamen in eo conueniunt, rigorosissimam esse seruandam dietaram, quam *Valsalua* praemissis largis venaectionibus, adeo usque maceravit aegrum, ut vix electo surgere possit, qua methodo plures certissime aneurysmate interno liberauit, omnia vero quidem corporis ac animi, perturbantia, aequi ac irritantia et calefacientia vitanda.

Neque minus in eo omnes consentire credo, medellam caussis opponendam; ideoque in variis variam esse instuendam. Venaectionis igitur ubi plethora et aucta sanguinis velocitas in caussa est, et vires adhuc vigent, omnino ex plurimis Autorum experientia haud negligenda.

E 2

i) *Mergagni* Epist. XVII. art. 32. et Ep. XVIII. art. 17. *Mazani* l. c.

k) *Swiercen* Comment. T. I. ad §. 176. *Sauvages* palpitat. L. p. 561. in paroxysmo tantum commendat.

l) *Vogel* praefect. palpit. cord. p. 425. V. S. ait, malum exasperat, et hydropeum arcessit.

m) *Morgagni* Ep. XVII. art. 30.

n) *Anat. Chirurg.* l. 2. c. 24.

o) l. c. prop. II. in fin.

p) *Sauvages* et *Senac* locis c.

q) *Mazani* l. c.

da videtur; si vero hydrops^v) iam accesserit, nisi forte ab ipsa plethora universalis, vel in thorace topica ortus fuerit, si humores eachepticam et rodentem induerint indolem^w), vel si cum aneurysmate vetustiori coniuncta sit cordis dilatatio, cuius paries ad disruptionem iam praedispotitus^x); vel vires sine nimis fractae, omnino sanguinis missio omittenda, semper vero caue administranda, et ad effectus eius attendendum est. Sospicimus enim causae latet quae V. Si verantur quisque ex cognoscet angustiam aortae, qua ill. Mekel sanguinis missionem contraindicari, egregie docet.^y Sanguinis tenus resistentia arterias dilatante, imminentia, contraria arteriarum augetur, adeoque aneurysmatis cordis causa crescit. ^z

Motus sanguinis abnormis, etiam alio modo per pulmum multum sedantem, aquam frigida, quam Matan topore commendar, serum lactis, aquas spadanas, et seltanas cum lacte^a &c. compescendus. Humorum versus thoracem reppus per manus et antibrachii balneal^b, id, levesque frictiones deriuavit. Morgagni^c ex quoque saepè successo veniente paroxysmo applicata fuit, ut paroxysmi iam incipientes reprimenterentur. Non deriuant solum, sed per consensum viscera interna relaxant, et internas convulsiones mitigant, quae in sensilioribus ad vitium organicum accedunt, et paroxysmum accelerant.

Spissitudo humorum, si quae cognoscitur mitissimis medicaminibus resoluenda, aerimoniae corrigenda vel obtundenda; præcipue si causa prægressa e. gr. exan-

^v) Id. eod. l.

^w) Morgagni Ep. XVIII. art. 27.

^x) Id. Ep. XVII. n. 32.

^a) Swieren I. c.

^b) Epist. 17 art. 27. Senac I. c. T. II. l. 4. ch. II. n. 19.

temperata retrospulta, et signa cordis erosionis incipientis periculum immingerat. Nam generalia praesidia caussas contraria adhibenda, acrimoniam, copiam, concitationem sanguinis minuendo, ut malum non repente saltet erumpat, sed quam tardissime. Si acrimonia venerea detegatur, mercurium prodesse, nisi nimium iam maturecerit malum. *c. Senac testatur v.* Combinatio eius cum opio hic fortan praecepue conducearet.

ad hanc Neque minus in obstruatis glandulis vel visceribus abdominalibus, aliisque tumoribus scirrhosis aortam compriemebitis omnia resolutiora minus stimulantia, quin immo ipse mercurii prudens vius indicata sunt.

In maiori vero fibrarum laxitate, et immunitate humorum cohaesione resolutiora nocere erunt causae primariae. Humorum crasis dissoluenti apiam medendi methodum esse opponendam qui est, qui dubitet? quae vero si veterius esset prosecuturus, plura ex therapia recoquerem capitla. Quum denique in aucta sensibilitate et irritabilitate fons morbi nostri lateat, vel ex utriusque complicazione mala augentur, tum a narcoticis praecepue lenamen exspectari potest; si vero lipothymias urgent, ab eius viu cause abstinentiam esse, obseruatoris monent. *x)* Simili modo medicamenta oleosa blandissima, quorum extremitum in hoc morbo effectum *Andr. Beggi y)* vidit, agere videntur. Saepe alii morbi e. gr. faburra primarum vijarum, cum cordis aneurysmate coniuncta, malum exasperant, quod mihi in subiecto altero, cuius menitionem feci obseruare fuit. Signa enormitatis cordis antea iam diu, tolerabiliter tamen, voxauerant agrum, per febrem gastricam adscititiam maxime increaserint, post-

v) *I. c. p. 408.*

x) *Sauvages I. c. p. 60. Senac, I. c. p. 418.*

y) *Guattani I. c. animadu. ad hist. 24.*

leniorem resolutionem et impuritatum successuam evacuationem in suetum trahit et redierunt.

36.

EXPLICATIO CASVS.

Nil reliquum est, nisi quod casus propositi rationem reddam. Qui miram cordis descripti ponderis a naturali, decem unciam, differentiam considerat, facile hunc casum ad polysarciam magis, quam ad aneurysmatum pertinere, arguet; verum tamen cum aucta cayorum ampliatio, auctam crassitatem solidi longe supererat; cum porro haec mira cordis moles in ulteriori vitae tempore ubi ponderis sensus accedebat, orta esse videatur, et praeterea substantiae incrementum saepe aneurysmatis sequelam esse constat; hunc casum ad cordis dilatationes iure referendum esse censeo.

Sympromata omnia e cognito morbo facile deriuabis. *Dyspnoea* initio forsan a pulmonum vitio orta, dein per auctum cordis volumen pulmonem sinistrum comprimens ad summam angustiam increvit. *Decubitus* antea in sinistrum latus facilis concretionem pulmonis sinistri cum pleura, ante enormitatem iam adfuisse funder, quamvis eadem non minus a compressione cordis tamquam sequela deriuari possit.

Accedente vero morbo cordis, et praecipue hydrothorace, in neutrum latum, neque in dorsum decumbere potuit. Symptomata gastrica vero a compressione cordis magni originem traxisse, manifestum est. *Pulsus parvus*, quoniam magna cordis massa debilis modo agere poterat in sanguinem propellendum; *aqualis*, quoniam dextra cordis cavae praecipue peccabat, et motus cordis regularis plerumque obseruabatur; rarissime *intermittens*, si nimirum cor ita obruebatur sanguine, ut *contractio sup-*

meretur, vel plane impediretur. *Palpitationem*, cuius
hoc morbo tot caussae concurrunt, in dextri cordis
urysmatibus minus vehementer et saepe nullam ob-
hari; *Senac restatur*²⁾; et in nostro casu præterea
por vti in toto corpore, ita præcipue in corde adfu-
riderur. *Aqua* in cellulosa varisque cauis collectionem
anguinis circulo, et reorbtione languentibus et par-
impeditis natam esse liquet.

Situs vero ad anteriora inclinatus pressionem cordis
diaphragma, et alias nobiliores partes imminuit, ideo-
leuat.

Mors huius aegri ad lipothymiam referenda vide-
, cum vis cordis resistentia languinis in fine supera-
ur.

Violentiam pectori illatam huic morbo recipiendo
cum prædisposuisse, quiuis facile concedet. An vero
a pulmonis, tophi, vomicae et cohaerescientia sinistri
monis cum pleura caussae occasioales, vel potius ef-
us morbi fuerint? difficilius est diiucandum. Cum
en dyspnoea, tussicula et decubitus in latus dextrum
cilior præcedebant cordis grauamina, vitia pulmo-
n coniuncta cum vita sedentaria, et assiduo, quo per
nem antecedentem præprimis pressus erat labore,
stationi tam dextri quam sinistri cordis cauorum ansam
ebuisse videntur.

²⁾ l. c. p. 327.



Ecce TIBI deus illud magnum ingentis honoris
 Atque dies, ah! quo lambet TVA tempora laurus,
 Indefessò parta labore TVO, MICHAELIS
 Ac virtute TVA: sunt haec nunc praemia Phoebi.
 Ergo velim TIBI contingent prosperrima quiseque,
 In patria quoque TE maneat munusque decusque;
 Sie peragas longam annorum seriem atque beatam,
 Sed quoniam nostras sedesque locosque relinquis,
 Absentem liceat TE complectamur amore
 Meque TVVS queeso fortunet mutuus ardor.
 Haec Clarissimo Autori, amico
 dilectissimo, de summis in
 dicina honoribus gratulabimur
 apposuit

CHRIST. FRIDER. MAVRIT. GOLDHAGE

Hohenst. Med. Cult.

Halle, Diss.) 1782/85

ULB Halle
002 169 606

3



sb



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

2.
19
ANEVRYSMATVM

C O R D I S

DISQVISITIO ANATOMICO-MEDICA

OBSERVATIONE 1785 2

QVADAM ILLVSTRATA.

Q V A M

IN REGIA FRIDERICIANA

P R O

S V M M I S I N A R T E S A L V T A R I H O N O R I B V S
R I T E O B T I N E N D I S

D. XV OCTOBR. MDCCCLXXXV

P V B L I C A E E R V D I T O R V M D I S C E P T A T I O N I

O F F E R T

IOANNES GOTTHIEB MICHAELIS

MAGDEBURGENSIS.

H A L A E ,

A P U B IOH. CHRIST. H E N D E L.